(3)b (7) Breviarium , Saec. xi
Jo. 8, 46

[u]obis arguet [...] me de peccato. Si ueritatem dico.
[q]uare uos non creditis michi. Qui est ex deo. uerba
[de]i audit. Propterea uos non auditis. quia ex deo non estis.
R[e]sponderunt igitur iudei. et dixerunt ei. Non
[ne] bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demo
nium habes. Respondit ihs. Ego demonium non habeo.
sed honorifico patrem meum. et uos inhonorastis me.
Ego autem non quero gloriam meam. est qui querat et iudicet.
Amen amen dico uobis. si quis sermonem meum seruauerit.
mortem non uidebit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc co
gnouimus quia demonium habes. Abraham mortu
us est et prophete. et tu dicis si quis sermonem meum serua
uerit mortem non gustabit in eternum. Numquid tu ma
ior es patre nostro abraham qui mortuus est. Et prophete
mortui sunt. Quem te ipsum facis. Respondit ihs.
Si ego glorifico meipsum. gloria mea nichil est. Est
pater meus qui glorificat me. quem uos dicitis quia deus
noster est et non cognouistis eum. Ego autem noui eum.
Et si dixero quia non noui eum. ero similis uobis mendax.
Sed scio eum. et sermonem eius seruo. Abraham
pater uester exultauit ut uideret diem meum.
[u]idit et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum.
Quinquaginta annos non dum habes et abraham
uidisti. Dixit eis ihs. Amen amen dico uobis. ante

qua abraham fieret ego sum. Tulerunt
ergo lapides ut iacerent in eum. Ihesus autem abscondit
se et exiuit de templo. In laudibus.
ā Vide domine afflictionem meam quoniam erectus
est inimicus meus. ā In tribulatione invocavi dominum
et exaudivit me in latitudine. ā Iudicasti domine causas
anime mee defensor vite mee domine deus meus.
ā Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui re
sponde michi. ā Numquid redditur pro bono malum quia
foderunt foveam anime mee. cāt Attende domine.
R Erue a framea deus animam meam et de manu ca
nis unicam meam. V De ore leonis libera me do
mine et a cornibus unicornium humilitatem. R Erue. hymnus
Lustra sex qui iam peracta tempus implens
corporis se volente natus ad hoc passioni de
ditus agnus in crucis levatur immolandus
stipite. Hic acetum fel arundo sputa clavi
lancea mite corpus perforatur sanguis un
da profluit terra pontus astra mundus quo
lavantur crimine. Crux fidelis inter omnes
arbor una nobilis nulla silva talem profert
fronde flore germine dulce lignum dul
ces clavos dulce pondus sustinet. Flec
te ramos arbor alta tensa laxa viscera